conspirasse cum antiocho aduersus populum r. socii & ar cum rhodiis
deprecantibus iuncta est; lustrum a censorib; conditum est censa sunt
ciuium capita CCCXXXVII XXII. princeps senatus m. aemilius lepidus.
ptolemaeus aegypti rex pulsus regno a minore fratre missis ad eum
legatis restitutus est ariarathe cappadociae rege mortuo filius eius
ariarathes regnum accepit & amicitiam cum p. r. per legatos renouauit
Res praeterea aduersus liguras & corsos & lusitanos uario euentu ges
tas. & motus syriae mortuo antiocho qui filium antiochum puerum ad
modum reliquerat contin& hunc antiochum puerum cum lysia tu
tore demetrius seleuci filius qui romae obses fuerat clam quia non
dimittebatur a roma interemit & ipse in regnum receptus. L. aemili
o paulo qui persen uicerat mortuo cuius tanta abstinentia fuit ut cum
ex hispania & ex macedonia immensas opes rettulisset uix ex auctio
ne eius redactum sit unde uxori eius dos solueretur. pomptinae
paludes a cornelio cethego cos. cui ea prouincia euenerat siccatae
agerque ex his factus EX LIB. XLVII. CN. tremellio pr. multa dicta
est quod cum m. aemilio lepido pontifice maximo iniurio se conten
derat sacrorumque quam magistratuum ius potentius fuit lex de am
bitu lata lustrum a censorib; conditum est censa sunt ciuium capita
CCCXXVIII. CCCXVI. princeps sex. aemilius lepidus inter ptolomeos fra
tres qui dissidebant foedus ictum ut alter aegipto alter cyrenis reg
naret. Ariarathes cappadociae rex consilio demetrii syriae regis
& uirib; pulsus regno a senatu restitutus est missi a senatu qui inter
masinissam & carthaginienses de agro iudicarent c. marcius cos. ad
uersus dalmatas primum parum prospere postea feliciter

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/cpl894/0172